



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Oratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

B. Thom. à Villanova.

Tribulatio, signum predestinationis. B. Thom. à Villanova ad illud: *Calicem quidem meum bibetis*; in Concione de S. Iacobo Apostolo: Hoc, inquit, signum amoris, hoc indicium æternæ hereditatis, si me hic fecerit consortem sui calicis.

Isa. 49. Chald.

In die salutis auxiliatus sum tui. Chald. *In die tribulationis ego suscito salutem.* Quasi salutis, ac tribulationis sit ferè nexus indissolubilis.

Rup. Ioan. 6.

Acute Ruper. notat particulam illatam, ergo, Ioan. 6. ubi Salvator dicitur abiisse trans mare: *Abiit*, inquit Evangelista, *trans mare.* Et mox: *Subiit ergo in montem Iesus.* Ergo, inquit Ruperus, quia trans mare abiit, idcirco ipse quoque in montem subiit, quod qui in mari tribulationum natatus, in montem gloriæ consequenter conuenit.

Marc. 6.

In beatitudinibus omnibus ponitur tempus futurum: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, &c.* Sed in paupertate, & passione, in præfenti: *Beati, qui persecutionem patiuntur, quoniam ipsorum est regnum Cælorum;* possunt enim & divites lugere, &c.

Tertull. lib. ad Martyr.

De gloria passionis. Tertullianus ad Martyres: Carcer habet tenebras, sed lumen estis ipsi: habet vincula, sed vos soluti estis Deo. Nihil erus sentit in nervo, cum animus in Cælo est. Nihil interest, ubi sitis in sæculo, qui extra sæculum estis. Triste illic expirat: sed vos odor estis suavitatis.

Oratio est studium Sanctorum.

PVNCTVM LIV.

Isal. 49. Hebr. Chald.

Congregato illi Sanctos ejus, (Hebr.) *beneficos, vel misericordes ejus (qui ordinat testamentum ejus super sacrificia.* Chald. *Qui occupantur in precibus.* Idem est sanctus, misericors, & homo orationis. *Egressus erat Isaac ad meditandum in agro.* Sept. *Egressus est Isaac exerceri in agro.* Hoc nimirum est studium Sanctorum, qui si quandoque ruri se exercent manibus, si-

Gen. 24.

A mul etiam se exercent mente. Sic putant manu, & putant mente: sic legunt flores, aut fructus, sed simul etiam legunt in floribus, & fructibus Dei bonitatem, amorem, &c. Exerceatur in agro, & meditantur in agro.

Hoc in valle Mambrae studium Abrahamæ, cuius vita concinna exercebat oratio. Et ut ab uno die reliquos colligamus quondam Angeli apud eum divertunt, perveniuntque domum *in ipso fervore diei.* (Interl. *serventis orationis.*) Ferventissimè itaque tunc orabat. Quid mane, quid nocte, temporibus propriis orationis? Intrant Angeli, mox pedum ablutioni, ministrationsi ciborum vacat. *Accelera, commisce.* Ipse accumit ad vitulum. Nemo piger in domo sapientis, inquit hoc loco Origen. suisq; & uxoris manibus omnia facit: meritum hoc non dividendum vernaculis terentis reliquit, quod commendat Chryl. ibi: *Ipse rursus stabat juxta arborē.* O mentem exclamat, oppidè piam! adhuc stabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur tunc præ gaudio robor quoddam accepisse, imbecillitate suâ factus superior. Torum id erat oratio. A prandio Angeli abeunt, ubi mystica domi loquuti sunt, & Abraham simul gratulabatur. Per viam nec ab oratione cessavit, quia revelationes habuit. Relinquunt eum Angeli, & dicit sacer Textus: *Abraham adhuc stabat coram Domino.* Chald. *Abraham vero adhuc stabat in oratione coram Domino.* Quid illud adhuc! A quo tempore? Ab illo fervore orationis, & per consequens a mane, vel à nocte usque ad reditum ad domum, postquam Angeli discesserant, cumq; reliquerant. Unde ante adventum Angelorum orabat, minando illis orabat, itinere vadens, ac rediens orabat.

Chris. ibi. **O**rigen. **C**hald.

De gloria passionis. **C**hald.

E Quod mirum, inquit Origenes. Sponsam habebat orationem. *Abraham vero aliam duxit uxorem, nomine Cethuram.* Ubi Origen. Patriarchatum conjugia semper mysticum aliquid indicant, & sacramentum. Cethura interpretatur incensum, & bonus odor. Ille Cethuram ducit uxore, & bonus Christi odor efficitur, qui sine intermissione orando, offert

Gen. 18. *Abraham tota vita oratio.*

Origen.

Chryl. ibi.

Chald.

Abraham cum oratione velut conjugatus. Gen. 25. Orig. ibid. Hebr.

Bb 3 Domi-

Domino semper incensum, & sicut cum A
David: *Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.* Hec sunt conjugia Sanctorum, iuge studium orationis. Sic idem Orig. ad illud, quod dicitur de Rebecca, quod quotidie solita esset pergere ad puteum. Et quia quotidie, inquit Orig. vacabat ad puteos orationi, ideo inveniri potuit à puero Abraham, & in matrimonium sociari Isaac. Studium est hoc animarum sanctarum, circumire B puteos orationis, unde semper hauriunt. Sic Isaac *deambulabat per viam, qua ducit ad puteum viventis, & viventis.* Et hæc dignæ sunt, quæ Deo sociantur. Chryl. ad illa verba: *Surrexit autem Anna, postquam comederat, & biberat in Silo. & oravit ad Dominum flens largiter.* Si tam instanter, ait, oravit post cibum, & potum, qualis erat jejuna? Tempus, quod omnes faciunt orationis, illa faciebat deprecationis: quæ quovis tempore hoc est studium Sanctorum.

Huc facit, quod dicit Isaias: *De mane vigilabo ad te.* quod Chryl. & Hieron. cū Septuag. ex Græco transferunt: *De nocte mane vigilabo spiritu meus.* Quid sibi vult, *de nocte mane?* Significat, à nocte usque ad mane: studium hoc est Sanctorum. Sic Antonium, apud Cass. ut Sol. occidens relinquebat, sic oriens suscipiebat. Vel *de nocte mane,* hoc est, continuo orationis studio, sic promptus sum nocte ad orandum, ut ipso mane. Vult dicere: Nec somnus, nec indigestio mihi impedimento est, *de nocte mane,* id est de nocte, ut mane vigilabo ad te. Ex his colligitur, nec tempus, nec locum, nec occupationes adimere Sanctis studium orationis, quin in ipsis ordinatis orare, &c.

David: *Prævenit me matutinitate, & clamavi,* Heb. *Prævenit me in crepusculo.* Genebr. Primum mane anteverti: in tenebris evigilo: summo mane, antequam studio pluri aliqui surgant. Quod subdit: *Prævenit me ad lectum meum.* vel Hebraice: *Prævenit me oculi mei ad te dilectio tua,* vigilatum nempe, in quas vox distribuitur: Aded, inquit, studiosus fui legum tuarum, ut in earum meditatione vigilas, & nocturnos excubitores prævenim: nec solum

dulcissimi somni tempore, sed etiam prima luce tuas leges meditatatus sum: nam in quatuor partes vigilia dividebantur. Et ex his infert Genebr. Sanctissimum Noctem penitentiam dabant totam dabat Regem totas ferè noctes insuimplisse partim precibus, partim meditationibus, & orationi, studii verbi Dei. Hinc supra: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Et quomodo dilexi legem tuam, Domine? tota die meditatio mea est. Ubi Titelm. Ut significaret, aded sibi cordi esse, atque aded se diligere legem Dei, ut jugiter de eâ etiam loqueretur, & commentaretur, quod & ipse diceret, & alios doceret. Sic Genebr. Aded tuam legem dilexi, ut illa sit mea quotidiana meditatio, sive locutio, commentatio, occupatio. Adeoque ipsi hoc studium attribuunt, ut nihil præterea suavius duceret. Hinc dicebat: *In justificationibus tuis meditabor.* Heb. *oblectabo me, vel deliciabor.* Et *meditabar in mandatis tuis.* Heb. *Et delectabar in mandatis tuis.* Et, *Testimonia tua meditatio mea est.* Felix, *Solatio mea sunt.*

Ex quibus constat, quantum sanctissimo huic Regi familiare fuit, & ad manum studium orationis.

DIGRESSIO.

De presentia Dei.

Iustus ubique locorum Deum sibi presentem facit. David: *In terra desertâ, in via, & in aquosa, sic in sancto apparuit tibi.* Psal. 62. D. Aug. ib. Erat David in deserto Idumææ, ut elicitur ex titulo Psalmi: *Ipse David, cum esset in deserto Idumææ.* In ea solitudine, in qua vel indecenter esse posset, in qua à nemine observaretur, in qua aliquis aliis omnibus esset libertate, sic compositus, sic devotus erat, ac si in ipso sancto, hoc est, in templo esset: *Sic in sancto apparuit tibi.* Genebr. *Sicut in Sacrario apparuit tibi.* Camp. Camp. *Perinde appareo coram te, sicut que in sacrâ Edæ.* Chald. Paraph. Chald. *In loco sanctitatis.* Felix: *Felix. In sanctitate.* Hoc est, eadem decentia, devotione, sanctitate, reverentia interiori,

Hic
Septuag.
Isaie assidue
tas orandi.
Cassian.

Psal. 16.
Hebr.
Genebr.

David orandi
studio pluri
aliqui surgant.

Quod subdit:
Prævenit me
ad lectum meum.

vel Hebraice:
Prævenit me
oculi mei ad te
dilectio tua,

vigilatum
nempe, in quas
vox distribuitur:

Aded,
inquit, studiosus
fui legum tuarum,
ut in earum
meditatione
vigilas,

& nocturnos
excubitores
prævenim:

nec solum

David præsen-
tem ubiq. Deū
habebat.

Genebr.

Camp. Camp.

Chald.

Felix: Felix.

Hoc est,

eadem decentia,

devotione,

sanctitate,

reverentia inter-

riori,

riori, ac exteriori sum in deserto, aut ubi-
vis, ubi nemo me videat, ac in ipso tem-
plo, quia quoad presentiam æqualiter
ubique es. Sat est mihi vel commo-
ranti in deserto, vel in plateâ, vel intus,
vel foris, hoc certò scire, me ante tuos
divinos oculos esse: hoc me componit,
hoc mihi reverentiam, hoc devotionem,
hoc sanctitatem ubique locorum jubet.
Quemadmodum sancti viri in loco cam-
peltri tanquàm in Sanctuario morantur,
& profanum sacrum censent: e contra
peccatores ex templo plateam, vel stabu-
lum faciunt. *Fode parietem, & videbis ab-
ominaciones, &c.*

Exec. 8.

*Ex defectu considerationis divi-
næ presentie peccata in-
numera.*

PUNCTUM LV.

Psal. 6.
Hebr.
Presentia Dei tempore.
consideratio
neglecta mul-
torum scelerū
pavens.
Psal. 52.

Hebr.

D. August.

Non est Deus in conspectu ejus. Quid
inde? Inquinata sunt via illius in omni
omni tempore. Iniquitatis factum geren-
tes sex. enta parturiunt peccata, & nun-
quàm parere cessant. Dixit insipiens in cor-
de suo: Non est Deus. Dixit stultus, id est,
peccator: Non est Deus. Qui fieri po-
test, ut sit adeò stultus, ut dicat, non esse
Deum? Ah! Deum esse, vel ipso naturæ
lumine, & per se notum est. Non vult
absolutè dicere, non esse Deum: sed quòd
Deum vel non credit, vel non considerat
presentem. Educitur hoc ex Hebr. Dixit
insipiens in corde suo: Non est Iudex; non no-
tat scilicet cogitationes, & actiones, vel
nostra non considerat, ut judicet. Quid
hinc? *Corrupti sunt, & abominabiles facti
sunt in studiis suis, &c.* D. August. Diffi-
cile est, ut incurramus in hominem, qui
dicat in corde suo: Non est Deus; at alio
intellectu discussò, invenitur esse in plu-
ribus, quod in paucis, & raris, & penè in
nullis esse putabamus. Prodeant in me-
dium, qui male vivunt: inspiciamus fa-
cta flagitiosorum, &c. hi non solum cor-

A de, sed & factis Deum esse negant, &c.
Talia ajunt, quæ indicant, quòd Deum
presentem non credunt.

Hinc & illi, qui non probaverunt Deum
non habere in notitia, id est, præ oculis
habere Deum non curarunt, vel non ju-
dicarunt (sic est Syriacè, & Græcè) Deum
nosse eorum peccata, sic Ambrosius aut po-
tius non curarunt de Deo veram habere
notitiã: nõ enim hic negat, quòd paulò
suprà asserit: *Qui cum Deum cognovissent, &c.*
sed vult dicere, quòd neglexerunt, nec ullã
adhibuerunt curã, ut veram Dei cogni-
tionem haberent. (Sic Chryl. Basil. Greg.
Nyssen. Theod. & reliqui Græci.) *Tradi-
ti sunt in reprobum sensum, sive Græcè, in re-
probam mentem, quæ scilicet probat non
probandã, & probandã improbat, bonum
malum, & malum bonum.*

Rom. 1. 28.
Syriac.
Græc.
Ambros.

Sed jam catervam malorum hinc ena-
scantium videamus: *Repletos, inquit, omni
iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, ne-
quitiã, plenos invidia, homicidio, contentione,
dolo, malignitate, sursurrones, detractores, Deo
odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inven-
tores malorum; parentibus non obediētes, inspi-
cientes, incompósitos, sine affectione, absq; fide-
re, sine misericordiã.*

Hoc idem David: *Dixit injustus, ut
delinquat in semetipso. Injustus cogitat
apud se delinquere. Sept. In eo tota ejus
cogitatio versatur. Chald. Dixit scelus, sive
iniquitas impio in medio cordis ejus, ne ponat
timorem Dei ante oculos suos. Hoc est, ini-
quitas, & peccatum existimet, hoc ipsi
persuadet, ut cogitet in corde suo, & non
debere se timorem Dei ante oculos
habere: Ut peccatum illum excæcat!
O miserum! Verè dolosè egit in conspectu
ejus, ut inveniat iniquitas ejus ad
odium. Dolosè egit. Syriac. Linxit ei pec-
catum in oculis ejus. Felix: Adulatus est se.
Alii: Blandè egit apud se. Se ipsum sci-
licet decipere voluit, noluit oculos ape-
rire, ut Deum presentem, & intuentem
sua peccata videret. Noluit intelligere, ut
benè ageret. Paraph. Abscidit intellectum à
benè operando. q. d. Clausit omninò ocu-
los, ne Deum videret: quin oculos sibi
eruit, ne videre posset, & hoc est: *Ut in-
veniat iniquitas ejus ad odium; ut scilicet
secun-**

Psal. 35.
Septuag.
Chald.
Syriac.
Felix.
Alii.
Chald.